



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia**

Ab anno DLXXVII. ad annum DXC.

**Parisiis, 1644**

Epistola LIII. Gregorii Papae I. Ad Maximianvm Episcopvm Syracusanvm. Vt  
Agathoni episcopo alimenta tribuantur.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-15221**

sanc<sup>t</sup>itas tua cum caritate susciperet: sed etiam nunc iam dico, aut easdem personas in suis ordinibus suscipe, eisque quietem præbe, aut si hoc fortasse nolueris, omni mihi altercatione postposita, de eorum causa statuta maiorum & Canonum terminos custodi. Si vero neutrum feceris, nos quidem rixam inferre nolumus, sed tamen venientem a vobis non deuitamus. *Quid autem de episcopis qui verberibus timeri volunt Canones dicant, bene vestra fraternitas nouit: Pastores etenim facti sumus, non percussores.* Et *egregius prædictor dicit: Argue, obsecra, increpa, in omni patientia & doctrina.* Noua vero atque inaudita est ista prædicatio, quæ verberibus exigit fidem. Sed de his multa in epistolis loqui non debo, quia dilectissimum filium meum Sabinianum diaconum pro responsis ecclesiasticis faciens ad dominorum vestigia transmisi, qui vobiscum cuncta subtilius loquetur. Si nobiscum litigare non vultis, paratum eum ad omnia quæ iusta sunt inuenietis. *Quem vestræ beatitudini commendo, ut saltem ipse dominum illum Ioannem inueniat, quem ego in vrbe regia sciui olim.*

Grat. dist.  
45. cap. 1.  
Ioan. diac.  
lib. 3. c. 9.

1. Tim. 4.

## EPISTOLA LIII.

## GREGORII PAPÆ I.

AD MAXIMIANVM EPISCOPVM SYRACVSANVM.

Vt Agathoni episcopo alimenta tribuantur.

*Gregorius Maximiano episcopo Syracusano.*

**P**OSTquam in Agathonem quondam episcopum iuxta qualitatem excessuum districione est canonica vindicatum, necesse est humanitatis intuitu quemadmodum sustentari possit disponere. Propterea fraternitas tua ad Liparitanam ecclesiam, in qua supradictus Agatho sacerdotis gessit officium, festinet dirigere, eique ad præfens exinde quinquaginta solidos, qui in eius possint proficere viatum, transmittat. Nam nimis est impium, si almentorum necessitati post vindictam subiaceat.